

ubi erat David, venit Christus? 43. Dissensio itaque facta est in turba propter eum. 44. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. 45. Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? 46. Responderunt ministri: nunquam sic loquutus est homo sicut hic homo loquitur. 47. Responderunt ergo eis Pharisæi: Nunquid & vos seducti estis? 48. Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? 49. Sed turba hæc quæ non novit legem maledicti sunt. 50. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis. 51. Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? 52. Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? scrutare scripturas, & vide quia in Galilæa propheta non surrexit. 53. Et reversi sunt unusquisque in domum suam.

*** Tertio, Vers. 32. Pharisæi volentes occidere Christum, mittunt

ARGUMENTUM
cum Remissionibus.

Primo, Vers. 1. Christus à Galilæa ascendit Jerusalem ad festum See-nopegia, quod explicavi tom 4. cap. 14.
Secundo, Vers. 12. Murmurantibus de se Judæis, respondit Jesus se esse missum à Patre ut doceret, & agros curaret; quod etiam explicavi eodem c 14. à 9. 5.

fatellites ad eum comprehendendum; qui auditâ Christi doctrinâ, & admirati, revertuntur dicentes: Nunquam sic locutus est homo; de quo dixi eodem c. 14. à 9. 11
Quarto, Vers. 50. Nicodemus lesum defendens à Pharisæis arguitur tanquã Galilæus, & amicus, ac fautor Jesu. de quo eodem cap. 14. à quæst 17.

CAPUT VIII.

JESUS autem perrexit in montem Oliveti: 2. & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & stant eam in medio, 4. & dixerunt ei: Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. 5. in lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare, Tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum: Jesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. 7. Cum ergo perseverarent interrogantes eum: erexit se & dixit eis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum se inclinans scribebat in terra. 9. Audientes autem hæc unus post unum exibant, incipientes à senioribus, & remansit solus Jesus, & mulier in medio stans. 10. Erigens autem se Jesus, dixit ei, Mulier ubi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnavit? 11. quæ dixit, nemo Domine. Dixit autem: Nec ego te condemnabo. Vade, & jam amplius noli peccare. 12. Iterum ergo locutus est eis Jesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ. 13. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tude te ipso testimonium perhibes, testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio unde veni, & quo vado: vos autem nescitis unde venio, aut quò vado. 15. Vos secundum carnem judicatis: ego non judico quemquam. 16. Et si judico ego, judicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, Pater. 17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. 18. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. 19. Dicebant ergo ei: Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus, neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan, & Patrem meum sciretis. 20. Hæc verba locutus est Jesus in gazophylacio,

cio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus. 21. Dixit ergo iterum eis Jesus: ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini; quò ego vado, vos non potestis venire. 22. Dicebant ergo Judæi: nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: quò ego vado, vos non potestis venire? 23. & dicebat eis: vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis; ego non sum de hoc mundo. 24. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? dixit eis Jesus: Principium qui & loquor vobis. 26. Multa habeo de vobis loqui & judicare, sed qui me misit verax est: & ego, quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. 27. Et non cognoverunt quia Patrem ejus dicebat Deum. 28. Dixit ergo eis Jesus: Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. 29. & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. 30. Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. 31. Dicebat ergo Jesus ad eos qui crediderunt ei Judæos: si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, 32. & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. 33. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & nemini servivimus unquam; 34. quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit eis Jesus, Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati. 35. Servus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. 36. Si ergo vos filius liberaverit, verè liberi eritis. 37. Scio quia filij Abraham estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non cadit in vobis. 38. Ego quod vidi apud Patrem loquor, & vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis. 39. Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dicit eis Jesus: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. 40. Nuncautem quæritis me interficere hominè: qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi à Deo: hoc Abraham non fecit. 41. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum Patrem habemus Deum. 42. Dixit ergo eis Jesus, si Deus Pater vester esset, diligeretis utique me: ego enim ex deo processi, & veni, neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. 43. Quare loquelam meam, non cognoscitis, quia non potestis audire sermonem meum. 44. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex propriis, loquitur, quia mendax est, & pater ejus. 45. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. 46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? 47. qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. 48. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? 49. Respondit Jesus: ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. 50. Ego autem non quæro gloriam meam, est qui quærat, & judicet. 51. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum. 52. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium habes; Abraham mortuus est & propheta, & tu dicis, si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in æternum. 53. Nunquid tu major es Patre nostro Abraham, qui mortuus est? & prophetae mortui sunt. Quem te ipsum facis? 54. Respondit Jesus, si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia deus vester est, 55. & non cognovistis eum, ego autem novi eum. Et si dixerò quia non scio eum: ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem ejus servo. 56. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavisus est. 57. Dixerunt ergo Judæi ad eum: quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? 58. Dixit eis Jesus, amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. 59. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum, Jesus autem abscondit se, & exivit de templo,

ARGUMENTUM
cum Remissionibus.

Primo, Vers. 1. Jesus adulteram à Scri-

bis accusatam absolvit. Quod explicavi tom. 4 cap. 15.

Secundo, Vers. 12. Affirmat se esse lucem mundi; ac Judæos nisi in ipsū credant esse in peccatis

catis morituros; de quo egi tom. 4. cap. 16. Tertio, Vers. 21. Agit Christus de sua morte, quod vadit ad Patrem; docetque Iudaeos incredulos, in suis peccatis esse morituros, ut natos ex patre Diabolo; quod explanavi citato cap. 16 à quæst. 6. Quarto, Vers. 46. Prædicat Christus veritatem; dicentibus Judæis ipsum esse Samaritanum ac dæmonium habere; Respondet Christus se dæmonium non habere; quod explanavi tom. 4. cap. 17. De quo hinc etiam aliqua dicam

Veritas prædicatur. QUÆSTIO I.

Quare Iudæi tam impudicè Christum dicunt Samaritanum, ac dæmoniacum?

At Christus D. in Præsentia: Quis ex vobis arguet me de peccato? de magno hoc Evangelio multa dixi citato c. 17. per viginti septem quæstiones: Nunc verd pauca addo. Ostendit Christus suam infinitam, & summam puritatem, quæ suis radiis superabat Solis claritatem, In sole posuit tabernaculum suum: Psalm. 118. n. 6. quasi in Sole se posuit, ut tanto lucis splendore vitæ, nihil contra se potuit opponi. Euthymius In Sole posuit tabernaculum illuc: quod Christus in homine habitavit, in eo, inquam, homine, qui virtutum radiis consuevit; Deinde ostendit efficaciam suæ doctrinæ, contra quam nihil poterat opponi: Tandem arguit Christus eorum nequitiam: Præsertim vos non audistis, quia ex Deo non estis.

Tot ac tantis Judæi convicti, cum suis argumentis rationum nervos non possunt secare, nec habent aliquid ad respondendum, ad convicia, ac opprobria confugiunt, dicentes: Samaritanus es tu, dæmonium habes, Quod arguit notavit Rupertus lib. 6. in Joannem: Igitur quia causa ceciderunt, & ratione superati sunt, furiose ad convicia prorumpunt. Quomodo si Athletam fortissimum victus, & solo dejectus adversarius, quia frivire non potest armis, perat summis, & dentibus. Qui valde superbe de sua scientia tumet, & se existimat in senatu philosophico primas habere, tunc indignatione debacchatur, & mavult contentione, quam ratione agere; & forte de hac humana sapientia loquitur Ecclesiast. 1. n. 18. dicens: Eo quod in multa sapientia multa est indignatio: Inde sæpe ex hac humana sapientia lites, & discordiæ nascuntur, ut notat D. Gregor. 3. part. Pastoral. cap. 2; & ait: Sæpe dum quosdam, major scientia erigit, à ceteris disungit; & quoplus sapientia à concordia virtutis desipit.

Cum Paulus altissima doctrina præclara, & magna de Christo dixisset, de sua vita, doctrina, morte, ac miraculis, omnesque jam Apostolos veluti in suam doctrinam adducere videretur, Feltus Præfes provincie missus à Romanis: Magna voce dixit: Insanus, Paulus, Actor. 26. multa te litera ad insaniam convertunt. Act. 26. n. 24. Hæc dixit Feltus furor, & indignatione plenus: ut ait D. Chrysostomus; nam ipse gentilis, & idololatra cum videret cultum & adorationem suorum Deorum destructam, & novam Christi religionem altissimè proclamantem, ad quod ipse non habebat aliquid, quod responderet, ac diceret; tunc contumeliam irrogat, ac Gentium Doctorem insanum appellat, ejusque profundissimam, & altissimam doctrinam, insaniam dicit; De his loquitur Theodoricus lib. 1. Epistol. 27. Ad injurias tunc profiliunt, cum se superatos turpuer erubescunt.

At verd Paulus divinâ sapientiâ plenus politè, ac modeste responderet, dicens: Non insanio, optime Feste, sed veritatis ac sobrietatis verba loquor: Ibidem n. 25. Gentilis Apostolum dixerat insanum: ipse verd eum appellat optimum, & præclarum: Inde merito ait Jacobus Apostolus in sua Canonica cap. 3. n. 17. Quæ enim de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica: Est pudica, ac verecunda in dicendo, ac respondendo; solum suam causam tuetur, & nihil torvum dicit, sed modeste audit, & responderet. Divinus Sponsus ait Cantic. 4. n. 4. Sicut turris David collum tuum, quæ adificata est cum propugnaculis, mille clypei pendunt ex ea; omnis armatura fortium: Ecce collum, seu guttur per quod eructatur, ac efformatur vox, collatum cum sapientiæ turri: & cum hæc turris sit munita, ac structa omni fortium armatura solum tamen in ea exprimuntur clypei: cur non etiam alia arma, ut gladii, lanceæ, jacula, & sagittæ, sed tantum clypei: inter unum, & aliud hæc est differentia, quia alia arma, ut gladij, sagittæ, ac lanceæ ordinantur ad feriendum, ac molestandum: ac clypeus tantum institutus est ad defendendum ac sustinendum aliorum tela, ac sagittas. In arce sapientiæ insigniter apponitur, ac visitur clypeus, ut sapienti maxime necessarius ad foffendendum, ac sustinendum incomposita verborum jacula, ac sagittas acutas vociferationum, quas impudenter insipiens extorquet.

Apostolo Paulo coheret D. Stephanus cum ipse altissimè prædicaret, ita ut Judæi non possent resistere sapientiæ, ac spiritui, qui loquebatur in eo: Convocantur testes falsi, qui astruant eum dixisse blasphemiam in Deum, & Moysen: Concurrentes rapuerunt eum & adduxerunt in concilium: Actor. 6. n. 12. clamantes accusant eum ut blasphemum, & valde criminofum, Tunc Stephanus sic ad eos habet verba Actor. 7. n. 2. Viri fratres & patres audite: Cum tanquam reus blasphemie, ac falsæ doctrinæ trahitur ad iudicium, valde modesta, & minime pugnaci apologia columniam exculsit, nec verbum offenciculum ex cidit, quod adversarios pungeret. imo & fratres & patres, amoris, ac honoris causa appellat consultiissime, Quod ibi bene notat Oecumenius & ait: Est autem verè sapiens, ac animi magnitudine plenum

Psalm. 118.

Euthym.

Rupert.

Malignus in disputatione devotus convicia jactat.

Ecclesiast.

D. Gregor.

D. Chrysof. Magister cum se convitium agnoscat contumeliam irrogas.

Theodor.

Actor. 26.

Jacob. 3.

Cant. 4.

Vir sapiens, multa passim, ita pollet.

Ps.

Actor. 6.

Actor. 7.

Qui peccati doctrina columnias refulsat absolutu vir. Oecumen.

plenum exordium. Nominum etenim proprietate demonstrare intendit, prudentis non esse injuriosum quippiam, aut quod damnata offerat adversus fratres, & patres inducere: id autem adferre, quod & gloriam novis, & lucrum pareret, hoc donum est viri à natura absoluti, qui que saluiferè ad eos loquitur, ad quos est sermo, Sic pacatè, ac humane ad inhumanos calumniatores, in re doctrinæ loquitur: Viri est à natura absoluti quique saluiferè ad eos loquitur Angelus ille, qui in Apocalypsi apparuit tanquam personam Magistri agens, Habebat in manu sua libellum apertum: Apoc. 10. n. 2. & ut ibi dicitur n. 1. Iris in capite ejus: Quæ est signum fœderis & pacis: Gen. 9. n. 13. Arcum meum ponam in nubibus & erit signum fœderis. Hoc signo ostenditur quod Magister cum pace, ac quiete doceat, & audiat.

Apoc. 10.

Gen. 9.

Ezech. 2.

Qui prædicat veritatem cum scorpionibus agit.

7.

D. Hieron.

Argumentum boni viri malis displicere.

D. Nazianz.

an malis displiceat, quibus ingrata Dei bonitas est Hoc argumeto rectè Severum Paulinus solatur amice Epist. 6. Gratulamur isdem nos displicere, quibus & Deus non placet. D. Pauli.

Ex Dei mandato egreditur Abrahamus de Chaldaea & venit in terram Chanaan, ubi Dei visione recreatur, promissionem ab ipso divino Numine accipit, quod illam terram daturus sit semini ejus; & ipse in tanti beneficii accepti gratitudinem, Adificavit ibi altare Domino: Gen. 12. n. 7. & statim subdit Textus n. 8. & inde transgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel: Abrahamus discessit ex Chaldaea, quia Deus hoc ei præcepit: At verd cur discessit ex Chanaan, maxime fatigantur interpretes, præcipue cum ibi illustri Dei visione nobilitatus sit, & præclaram promissionem acceperit, illam, nempe, terram à filiis suis possidendam, proindeque jam illa regio hæreditas ejus erat, & inde maxime debebat gaudere in ea, ac ibi persistere: cur ergo inde transgreditur ad montem? D. Chrysof. D. Chrysof. Iostom homil. 32. in Genes. ait: Quare inde discessit; forte videbat incolis non placere adventum suum. Abrahamus vita Sanctus, integritate morum probus, unius veri Dei cultor; At Chanaanæ idololatræ, dæmonum cultores, ac in omni viciorum voragine demersi, & cum tantum vita, moribus ac religione discrepant, non poterant animo convenire; & quid mirum; quod Abrahamus Chanaanis non esset acceptabilis, cum Deus Abrahami eis displiceret?

In primo Canticorum introducitur Anima Sancta vel Ecclesia primitiva mirifice se laudans, & multa gloriose decantans de se in quantis ab sponso suo Christo Jesu sit exaltata, & nobilitata; ait: Introduxit me Rex in cellaria sua, intimo ac secretiori cubiculo suo, à quo magnis donis est ditata, & locupletata, ita ut ejus sodales dicant: exultabimus & laudabimus in te memores uberum tuorum. Cant. 1. n. 4. Deinde de se ait: Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis: & ait quod sit veluti suffulsa labore, ac sollicitudine in dirigendis, gubernandis, ac custodiendis filiis suis; sicut Pastor curam habet in pascendis ovibus circa sua tabernacula: sed formosa: pulchra, ac elegans, sicut ipsum cælum veri Salomonis extendens calos sicut pellem: Psalm. 103. n. 2. Ut explicant ibi Origenes. D. Bernard. serm. 27. & statim subdit n. 9. Filij matris meæ pugnaverunt contra me: filij matris meæ Evæ, scilicet Gentiles intelligit Lyranus Filij matris meæ: Judæi, scilicet; hi enim cum ea ex eadem matre Synagoga veniunt. Ita Origenes, Beda, Justus Orgel. Haymo, Anselmus, D. Bernard. serm. 29. exponunt filij matris meæ: dicunt alij, quod sint hæretici, quia cum baptizati sint in Ecclesia, ab ea recesserunt. Ita Ambrosius, Anselm. & alij. Quid est, quod dum primitiva Sancta Ecclesia suorum magnalium facit compendium, ac epilogum, & quod multis & magnis donis ditata sit à suo D. vino Sponso, quibus ita pulchra & elegans est veluti cælum & quod maxime sollicita, & diligens sit in suo munere adimplendo, etiam comemorat, quod à suis imitatis

D. Pauli.

Gen. 12.

D. Chrysof.

si Deus displicet iniquis, in dæmonia consequens; & quibus displicet.

Cantic. 1.

Psal. 103.

Origen.

D. Bernard.

Beda

Orgelitan.

Haymo.

Anselm.

D. Bernard.

Ecclesia gloria maximè splendens dum impletur.